Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eat dominus. cunctis ad pfectum tendentibus. Quicquid
contra rectitudinem p̄ceptorum meorum corpore cōmisistis.
corporali labore & p̄ssura euacuabitis. quicquid corde. ea que
mundi sunt illicite desiderando deliquistis. non nisi amaro
cordis fletu purgabitis. Huiusmodi autem dñi consilium.
cum amatores seculi huius haec facile recipiant. eū gau
dere & mentes extolli potius quam hoc modo plorare &
flere desiderent & appetant. apte subiunctum [illegible] est.
Mundus autem gaudebit. uos autē contristabimini. s; tristi
cia uīa uertetur in gaudium. Ac si dicatur. Gaudet q̄ppe
mundus gaudio. cui sempiternus succedit luctus. uos autē
qui ad ea tenditis gaudia. quibus dolor nullus succedit uel
tristicia. semp hic in uita contristari. semp corde & corpore
oportet humiliari. S; tristicia uīa uertetur in gaudium.
Tristicia dilectorū dei. que uert secundum deum est. que iuxta
apostolum. penitentiā in salutem stabilem operatur. tunc
uert uertitur in gaudium. quando post meroreē uert humi
lis penitentię. deus hominē suę uisitationis dulcedine uīti
ficus consolatur. Hoc sane gaudiū. in exordio lectionis huius
suis humilibus repromittit. ubi post modicū & iterū modicū
ait. Et uidebitis me. Illud sane gaudiū. quod ex interna di
uisione intrinsecus concepit. omne gaudiū excedit. p illud
enim cor contristatū in dño non solum consolat. s; in ipsa
eiā consolatione. ad uidenda & cognoscenda multa. que an
tea incognita fuerant illuminat & subleuat. Adepto siquidē
tali gaudio. gaudio uidelicet diuine contēplationis. qualis
& quanta cordis corporisq; custodia adhibenda sit. p sub
iectam similitudinē docere uidet. cum dicit. Mulier cū pa
rit tristiciā habet. quia uenit hora eius. Mulieris nomine.
mollem & infirmū hominē possum accipere. qui tunc q̄si